

ÖFVERSIGT

AF

KONGL.
VETENSKAPS-AKADEMIENS
FÖRHANDLINGAR.

TOLFTE ÅRGÅNGEN.

1855.

Med tretton taflor.

13




STOCKHOLM, 1856.

P. A. NORSTEDT & SÖNER,
Kongl. Boktryckare.

Innehåll.

	Sid.
ANDERSSON, om släktet <i>Apluda</i>	175.
— — om de med <i>Saccharum</i> beslägtade genera	151.
BJÖRLING, integrering af en differentialequation	101.
BOECK, om muskelcontractionerne	257.
— om Planternes Indsugning og Uddunstning af Vand	289.
EDLUND, om en dubbel-telegraf-apparat	241.
ENGSTRÖM, ref. L. Svanberg, om oxaminsyrade salter	305.
ERDMANN, Vattenståndet i Saltsjön och Mälaren 1854	75.
— — Utö jernmalmsfälts geologiska beskaffenhet	141.
— — Gamla vattenmärken vid s. Stäket	329.
FORSSELL, om Ronneby badgyttja	21.
FRIES, E., om en i Sverige funnen art af tryffel	139.
FRIES, TH. M., Ukräns lafvegetation	13.
KINBERG, Nya släkten och arter af Annelider	381.
KREUGER, om stormen den 3—5 Oct. 1854	115.
LILJEBORG, Hafs-Crustaceer vid Kullaberg	117.
LINDSTRÖM, Östersjöns invertebratfauna	49.
— — larven af en <i>Peltogaster</i> -art	361.
— — utvecklingen af <i>Sertularia pumila</i>	365.
LOVÉN, S., utvecklingen af en <i>Chiton</i> -art	169.
NYLANDER, skillnaden mellan svampar och lafvar	7.
RETIUS, A., Cranium af Pampas-indian	1.
— — om <i>Antrum pylori</i> hos människan	219.
— — om snäckhögar och ruiner i Skåne	231.
— — nekrolog öfver DUVERNOY	323.
STENHAMMAR och FLODERUS, <i>Pulsatilla patens</i> funnen på Gottland	393.
STÅL, Hemiptera från Cafferlandet	27, 89.
— nya Hemiptera	181.
— entomologiska notiser	343.
— <i>Cimex Stockerus</i> och <i>C. augur</i>	389.
THOMSON, svenska arter af <i>Oxygota</i>	193.
— — Sveriges <i>Cyphonider</i>	317.
— — Sveriges <i>Trichopterygier</i>	335.
WAHLBERG, J. A., bref från södra Afrika	211.
— — — nya fogel-arter	213.
WAHLBERG, P., nya blodigel-arter	233.
— — — nytt växtställe för hvita tryffeln	395.
WALLENGREN, <i>Lycæna argus</i> och <i>L. calliopsis</i>	205.
WALMSTEDT, <i>Clausilia plicata</i> på Gottland	79.

- Inlemnade skrifter: BJÖRLING, 235; BURMAN, 47, 168; ERDMANN, 168; Förvaltn. af Sjöärendena 235; HOLMGREN, 100, 168, 355, 364; KREUGER, 168; v. SCHEELE, 100; SUNDEVALL, 327, 364; THOMSON, 168.
- Med döden afgångne ledamöter: DE LA BECHE, 235; DUVERNOY, 215; FISCHER, 47; FORSELLES, 355; GAUSS, 168; HOLMSTRÖM, 355; MAGENDIE, 395; NORDBLAD, 355; RATHKE, 168; TROLLE BONDE, 47; WALLMARK, 364.
- Invalda ledamöter: ANJOU, 395; BLUME, 364; CANINO, 364; KLLG, 47; LEVERRIER, 395; MALMSTEN, 395; MURCHISON, 395; SARS, 364; SPARRE, 215; WEBER, 47.
- Sekreterarens berättelse på högtidsdagen 215.
- Flormanska priset tilldelas Hr BOECK 105.
- Skänker till Akademiens Bibliothek: 12, 74, 114, 174, 235, 256, 288, 342, 355, 356, 375, 395.
- Skänker till Riks-Museum: Zoologiska afdelningen: 88, 150, 204, 236, 316, 358, 376, 398. — Botaniska afdelningen: 26, 204, 304, 359, 376, 400. — Mineralogiska afdelningen: 204, 376, 400. — Ethnografiska afdelningen: 150, 204, 399.
- Meteorologiska observationer: 237, 328, 377, 401.



3. *Om Ukräns Laf-vegetation.* — Sekreteraren meddelade följande uppsats af Hr Mag. TH. M. FRIES *).

»Hvarje Lichenolog, som äfven blott flygtigt betraktar Europas karta, kan ej undgå att förvånas öfver de strängt bestämda gränser, af hvilka det, hvad kännedomen om lafvarnas geografiska utbredning beträffar, delas i tvenne nästan lika stora hälfter. Den östra af dessa, innefattande hela ryska riket, Grekland och Turkiet, är nemligen i detta afseende fullkomligt obekant, om man undantager trakten kring Petersburg och några få punkter af Finland, som på sednare tider blifvit undersökta, under det den vestra, innefattande det öfriga Europa i allmänhet, är ganska noga känd. Med rätta yttrar derföre SCHÆRER i sin Enum. erit. Lich. Eur. pag. XXIV, sedan han omnämmt Skandinavien, England, Frankrike, Spanien, Tyskland, Schweiz och Italien: »Reliquæ Europæ terræ, præter Bosniam, ubi Sendtnerus aliquas species collegit, quoad lichenum cognitionem, quantum scio, plane incultæ jacent». Endast i reseberättelser **) och dylika arbeten kan man uppleta några spridda uppgifter om någon af de allra allmännaste arternas förekomst i ett eller annat af dessa länder. Sannt är visserligen, att det inre Rysslands slätt- och stepp-trakter ej kan för Lichenologen erbjuda en större massa utmärktare arter, men att hvarje lands flora, huru fattig den än må vara, alltid är intressant att känna, torde ingen förneka, och att äfven der ganska anmärkningsvärda former förekomma, skall jag i det följande visa.

I en remiss, som Kejsarl. Vetenskaps Akademien i Petersburg för närmare granskning tillsände min fader, fanns äfven en till volumen ganska diger samling lafvar från Ukrän, hvilka han öfverlemnade åt mig att bestämma. Såsom utan åtskillnad samlade af en med lafvarne, såsom det tycktes, föga bevandrad person, fanns deribland naturligtvis af de allmännaste en massa

*) Härtill tab. I.

**) Hvad södra Ryssland beträffar eger man i Voyage dans la Russie méridionale et la Crimée par M^r ANATOLE DEMIDOFF en förteckning på de arter som D^r LÉVEILLÉ der samlat.

Öfvers. af Kongl. Vet.-Akad. Förh. Årg. 12, N:o 1, den 10 Januari 1855.

exemplar, hvadan art-antalet ej blef så stort, som jag i början förmodat. Då emellertid ett bidrag till kännedomen om ryska steppernas laf-vegetation, huru litet det än må vara, i växtgeografiskt hänseende ej torde sakna allt intresse, har jag tagit mig friheten att meddela en förteckning å de arter, som funnos i nämnda remiss. Namnen på de ställen, der de blifvit samlade, funnos visserligen antecknade, men då de voro skrifna med för mig obegripliga ryska bokstäfver, kan jag ej meddela dem. Enligt hvad jag trott mig kunna sluta, äro de emellertid, om ej alla, dock till största delen från trakten kring Charkow; insamlaren är Botanices Professorn derstädes B. M. CZERNIAJEV, hvilken äfven för mykologiens studium en tid vistats här i Upsala.

Då man genomläser den nedanföre meddelade förteckningen, finner man lätt, att största delen utgöres af sådana vanliga slätt-lafvar (t. ex. *Usnea barbata* β) *hirta*, *Evernia prunastri*, *Ramalina calicaris*, *Parmelia pulverulenta*, *stellaris*, *parietina*, *ciliaris* och *scruposa*, *Opegrapha varia* m. fl.), till hvilkas förekomst derstädes man redan på förhand kunnat gissa, äfvensom af några mot söder mera allmänna arter t. ex. *Parmelia Acetabulum*, *perlata* och *caperata*. Mera oväntad är deremot förekomsten af *Cladonia botrytes*, *Lecidea myrmecina*, *Calicium brunneolum* m. fl. En kär påminnelse om våra svenska klippor är det dessutom att på erratiska granit-block derstädes finna den hos oss högst allmänna *Parmelia cinerea*, som för öfrigt endast sparsamt förekommer i Europa.

Efter dessa anmärkningar torde jag få öfvergå till uppräknande af de arter, som nämnda samling innehöll. De äro:

1. *Usnea barbata* Fr. Sterila former af α) *florida* (L.) och β) *hirta* (L.) jemte mellanformer; en del på björk.
2. *Evernia prunastri* (L.). En mängd sterila former med bredare och smalare bladflikar, af hvilka en ganska utmärkt *laciniis subteretibus*, *granuloso-pulverulentis*.
3. *Ramalina calicaris* Fr. α) *fraxinea* (L.). Såväl den bredbladiga, fruktificerande formen, som en yngre steril med mycket smala flikar.

4. *Ramalina pollinaria* ACH. Den mindre utmärkta trädformen, men dock fruktbarande.
5. *Cetraria pinastri* (SCHREB.). Steril, men utmärkt vacker och stor; på tallbark.
6. *Peltigera canina* (L.). Såväl typisk, som förkrympt genom en liten parasit-svamp. Äfven var. *pusilla* (DILL.).
7. *Sticta pulmonacea* (L.). Steril.
8. *Parmelia perlata* (L.). Steril, men stor och vacker.
9. — — *tiliacea* (EHRH.). Steril.
10. — — *saxatilis* (L.). Steril såväl på träd som sten.
11. — — *physodes* (L.). Steril på tallbark.
12. — — *Acetabulum* (NECK.).
13. — — *olivacea* (L.). På björk, typisk och med frukt; deremot på lönn (?) steril *laciniis latis, ætate farinoso-pulverulentis*.
14. — — *caperata* (L.). Steril på träd och mossor.
15. — — *conspersa* (EHRH.). Några få blad bland *P. saxatilis*.
16. — — *parietina* (L.) α .
17. — — »*pusilla*» ACH. På bark (af *Acer campestre*?) (Obs. 1.).
18. — — *ciliaris* (L.). Vacker.
19. — — *stellaris* (L.) α . Vacker.
20. — — *cæsia* (HOFFM.). Steril, på träd.
21. — — *pulverulenta* (SCHREB.).
22. — — *obscura* (EHRH.) α . På bark.
23. — — *murorum* (HOFFM.) α . Vacker på tegel.
24. — — *cinerea* (L.) α . På granit.
25. — — *confragosa* (ACH.) var. *pinicola* (ACH.). Fr. S. V. Sc. I, pag. 107. På tallbark.
26. — — *subfusca* (L.) β) *distans* (ACH.). På asp-bark. Var. *Hageni* (ACH.), *acrustacea*, på murken ved.
27. — — *albella* (HOFFM.) β) *angulosa* (ACH.). På rönn(?)—bark.
28. — — *pallescens* (L.). På gammal björk-bark.
29. — — *sophodes* (ACH.)? Några få (4—5) apothecia på jord bland *Lecidea sabuletorum*.
30. — — *varia* (EHRH.) var. *apothecis carneis, biatorinis*. På murken ved.
31. — — *vitellina* (EHRH.). På ved.
32. — — *cerina* (HEDW.). Några apothecia bland *Biatora aurantiaca*.
33. — — *scruposa* (L.). Vacker på jord; äfven parasitisk på thallus af en *Cladonia*, men ej helt och hållet saknande egen crusta.
34. *Cladonia fimbriata* (L.) α) på jord och bland mossor; β) *tubæformis* Fr. på träd.
35. — — *botrytes* (HAG.).
36. — — *furcata* (SCHREB.).

37. *Cladonia squamosa* (HOFFM.).
 38. — — *rhangiferina* (L.). Steril.
 39. *Biatora polychroa* n. sp. På bark af *Acer campestre*. (Obs. 2).
 40. — — *luteola* (SCHRAD.). Några få, små apothecia på bark.
 41. — — *sanguineo-atra* (WULF.). På mossa.
 42. — — *erysibe* FR.? (crusta). På tegel och murbruk.
 43. — — *aurantiaca* (LIGHTF.). Mycket liten på asp.
 44. *Lecidea sabuletorum* FL. På jord vid Charkow.
 45. — — *pilularis* (DAV.). Till denna art hörer troligen en form på tegel.
 46. — — *myrmecina* FR. På murken ved.
 47. — — *enteroleuca* ACH. På bark.
 48. — — *punctata* ACH. På rutton ved. (Obs. 3).
 49. *Opegrapha varia* PERS. På ask-bark; monstrositeten *arthonioides* äfven på bark.
 50. — — *atra* PERS. Några få apothecia.
 51. — — *scripta* (L.).
 52. *Arthonia impolita* (EHRH.). På ek(?)—bark.
 53. *Trachylia tigillaris* (ACH.) var. *Notarisii* (*Acolium Notarisii* TUL. Mém. sur les Lich. pag. 81). På ek(?)—ved. (Obs. 4).
 54. — — *lucida* n. sp. På tallbark. (Obs. 5).
 55. *Calicium trichiale* ACH. *crusta leprosa*. På murken ved.
 56. — — *trachelinum* ACH. På bark.
 57. — — *brunneolum* FR. På murken ved.
 58. — — *rosoidum* FL. På ved.
 59. *Coniocybe furfuracea* (L.). På murken ved.
 60. *Verrucaria rupestris* ACH. Tvenne former på kalk.
 61. *Pyrenotheca aphanes* BORR. (enl. orig. exempl. och LEIGHT. Ang. Lich. Tab. XXVIII, fig. 7). På bark.
 62. *Byssus aurea* L. Utmärkt vacker.
-
63. »*Variolaria communis*» ACH.
 64. »*Lepraria flava*» ACH.
-

Observationes.

Obs. 1. *Parmelia pusilla* ACH., habitu peculiari sat insignis, minime est species propria, sed, ut in FR. Lich. Eur. pag. 62 monetur, status *Imbricariæ* cujusdam mortuus et semi-putridus. Ob defectum apotheciorum, quæ numquam sunt inventa, non audeo quidem pro certo dicere, ad quam speciem sit referenda, sed mihi videtur potissimum a *P. olivacea* originem ducere. Planta Ucratica loco humido videtur habitasse.

Obs. 2. *Biatora polychroa* n. sp.: crusta contigua, granuloso-verrucosa, rugoso-plicata, virescenti; apotheciis adnatis, nudis, decolorantibus, primum urceolatis, dein planis atque convexis, excipulo cupulari, margine tenui demum evanescente; sporis luteis, prælongis, infra caudatis, multi-ocularibus. — Fig. 1.

Habitat in Ucraina ad corticem *Aceris campestris*.

Est e stirpe *Biatoræ decolorantis* sectionis *Micareæ* FR. S. V. Sc. I, pag. 112. — Crusta hypothallum album obtegens, contigua, e granulis rugoso-verrucosis, cinereo-virentibus contexta. Excipulum thallo adnatum, cupulare, extus primum e carneo-rubro luteolum, dein ferrugineo-fuscum et tandem spadiceum, intus aliquanto pallidius. Discus extus excipulo concolor vel parum pallidior, intus primo albidus et denique fusco-brunneus, marginem tenuem, primo involutum, unde obtusus videtur, excludens. Occurrunt præterea apothecia intus extusque (morbose) atra et alia, sporis destituta, extus pallide carneo-lutea, intus albida. Sporæ luteæ, maturæ 0,036—60 millim. longæ et 0,005—6 millim. latæ, graciles, apice obtusæ, infra in caudam attenuatæ, 5—12 loculares.

Ab omnibus mihi cognitis Lichenibus optime distincta. *Biatoræ carneolæ* (Acu.), quacum etiam sporis longis, multi-ocularibus congruit*), sine dubio est proxima, sed præter majorem omnium partium (sporibus exceptis) magnitudinem differt tum crustæ et apotheciorum structura quum variis horum coloribus, unde etiam nomen *polychroæ* ei imposui. Præterea cum nulla nisi *B. luteola* et (forma apotheciis atris) *B. sanguineo-atra* comparanda, sed notis jam allatis facillime dignoscitur.

Locis humidis variat crusta læviori et obscuriori, sed characteres præterea servat.

Obs. 3. Parva hæc planta, in Suecia ad truncos cariosos pini frequentissima, vix et ne vix quidem ad *Lecideam parasemam* potest referri. Est quidem species ignobilis et proletaria, sed tamen vulgarior, quam ut omnino possit prætervideri. Sporibus gaudet luteis, simplicibus, ellipticis, 0,008 millim. longis et dimidio circiter angustioribus.

Obs. 4. *Trachylia tigillaris* (Ach.) var. *Notarisii* (*Acolium Notarisii* Tul.) a forma primaria differt crusta crassiore, apotheciis aliquanto majoribus et præcipue sporibus multi-ocularibus, forma maxime variis. Quod ad differentias duas priores attinet, minoris sunt momenti, quum ex. gr. *Tr. tympanella* (Acu.) apotheciis majoribus minoribusve et crusta crassissima vel subnulla variet. Character autem et sporarum forma gravior quidem primo obtutu videtur esse, sed re vera non est. Hanc enim e luxurie plantæ crustæque crassitudine pendere me docuere formæ *Tr. tympanellæ* crusta crassiore, in quibus sporas quasdam 3—4 loculares inveni, quum in aliis crusta minus evoluta instructis sporas modo biloculares vidi. Quin etiam apud *Tr. tigillarem veram*, quum latas occupat plagas, apothecia sporas modo biloculares foventia reperi,

*) Differunt tamen in eo, quod sporæ *Biat. carneolæ* utrinque sunt attenuatæ, 0,042—72 millim. longæ et 0,004—5 millim. latæ.

quum crusta esset tenuis, æque autem multiloculares ac apud *Acolium Notarisii* Tul., quum esset crassior. His rebus adductus, non possum non hanc pro varietate vel potius lusu *Tr. tigillaris* (Aen.) habere. — Sporarum determinare magnitudinem ob varias earum formas non est facile; una autem ex iis, »quæ cruciatim 4-loculares occurrunt et præ ceteris symmetria, qua pollent, oculos alliciunt», 0,021 millim. erat longa et 0,014 millim. lata. Genuina *Tr. tigillaris* sporis (bilocularibus) gaudet 0,020 millim. longis dimidioque angustioribus.

Ob hunc sporarum nisum maxime præterea convenit hæc varietas cum *Tr. viridula* Fr., cujus sporarum formæ omnino similes sunt. Spora 4-locularis hujus speciei 0,010—14 millim. est longa et 0,008—9 millim. lata.

Quum *Tr. tigillarem* examini microscopico subjecti, inveni etiam spermogonia hujus lichenis. Apotheciis sunt immixta, iis vulgo paullo majora magisque elevata, habitu fere *Lecideæ* et innumera spermata elliptico-oblonga, lutea, 0,005—6 millim. longa et 0,002 millim. lata condentia.

Obs. 5. *Trachylia lucida* n. sp.: crusta areolato-squamulosa, citrina; apotheciis sessilibus, adnatis, atris, ætate sæpius proliferis; excipulo cupulari crasso, corneo; disco tenui, nudo, atro, intus albido, marginem tumidulum primitus albicantem demum æquante; sporis maturis nigro-fuscis, bilocularibus. — Fig. 4.

Habitat in Ucraina ad corticem Pini.

Crusta nitide citrina, colore fere *Biatoræ lucidæ*, ex areolis squamulosis vel primitus verrucosis constituta, late effusa, crassior nec tam contigua quam *Tr. tigillaris*, quam præterea primo obtutu refert. Excipulum quam in ulla alia specie hujus generis crassius, nigrum vel in olivaceum vergens colorem, thallo modo adnatum nec immersum, margine tumidulo, primum albicante, dein nigro. Discus cum excipulo extus concolor, intus albicans, marginem demum æquans, tenuis. Præcipue memorabilis est fabrica apotheciorum fere omnium vetustiorum; quum enim sporæ jam sunt disseminatæ, ex excipulo emergunt excipula 1—3 nova, discos novos foventia nec semper orbicularia sed etiam interdum lirellæ-formia et varie flexuosa. Sporæ in asco quodam 8, e quibus suprema primum matura, ellipticæ et medio parum contractæ, primo luteæ, dein nigro-fuscæ nucleosque duos continentes, longit. 0,012 millim., latit. 0,006 millim. Asci elongati, sporas arcte amplectentes; paraphyses longæ, filiformes, liberæ.

Ab omnibus huc usque cognitis speciebus hujus generis abunde diversa et omnium facile pulcherrima. *Tr. tigillari*, ut jam dixi, primo obtutu ob colorem crustæ citrinum similis quidem, sed re vera *Tr. tympanellæ* ob marginem albicantem excipulumque crassum magis affinis; ab utraque vero tam crustæ quam apotheciorum indole eximie distincta. Ab omnibus præterea mirabili dignoscitur apotheciorum prolificatione, quam quidem antea accidentaliter vidi apud *Parmeliam tartaream* et *Lecideas* quasdam, numquam autem tam constantem nec apud lichenes Calicioideos. Cfr. præterea Fr. Lich. Eur. pag. LXIX, ubi monetur: »tales lusus omnes accidentales sunt; attamen, ubi hic nisus antepollet, non prætereidendus. — Discos lævi et satis duro, parum vel om-

nimo non atro-inquinante, facile hæc species pro *Lecidea* haberi potest, sed præterquam quod toto habitu ad *Trachylia* trahitur, cum iis etiam ascorum, paraphysum et præsertim sporarum structura omnino convenit.

Comparationis gratia addo quoque icones species ceteras, quas vidi, generis *Trachylia* illustrantes, quæ præter species, de quibus supra mentionem feci, sunt: *Tr. tympanella* (ACU.), sporis plerumque bilocularibus, longit. 0,016 millim., latit. 0,008 millim.; *Tr. stigonella* (ACU.) sporis bilocularibus, 0,014 millim. longis dimidioque angustioribus, et *Tr. saxatilis* FR. (SCHÆR. Lich. exs. 240) sporis 0,011—2 millim. longis, 0,005—6 millim. latis.

Quas non vidi species quarumque figuras ideo non possum addere sunt *Tr. Neesii* (v. FW.), cujus autem sporas non rite esse evolutas affirmat Cel. FRESENIUS (in BAYRN. Uebers. der Moose und Flechten des TAUNUS pag. 90), *Tr. chlorina* STENH., cujus apothecia non vidi, et *Tr. neglecta* BAYRN., mihi plane incognita, cujus autem icon adest in BAYRN. Einig. über Lichenen tab. III, fig. 11.

Explicatio tabulæ I.

- Fig. 1. *Biatora polychroa* n. sp.: a. apothecia sub variis ætatibus; b. sporæ.
 — 2. *Biat. carneola* (ACU.): a. apothecia; b. sporæ.
 — 3. *Trachylia tympanella* (ACU.): a. apothecia; b. sporæ biloculares juniores; c. eædem maturæ, e quibus una nucleum eiciens; d. sporæ 3—4 loculares.
 — 4. *Tr. lucida* n. sp.: a. apothecia; b. eadem prolifera; c. asci et paraphyses; d. sporæ immaturæ; e. eædem maturæ, e quibus duæ germinantes.
 — 5. *Tr. tigillaris* (ACU.) var. *Notarisii* (TUL.): a. apothecia; ceteræ figuræ sunt nonnullæ minus compositæ ex innumeris sporarum formis, quæ in uno apothecio occurrunt.
 — 6. *Tr. tigillaris* (ACU.): a. apothecia; b. spermogonia; c. sporæ bi-loculares immaturæ; d. eædem maturæ et una germi-nans; e. sporæ multiloculares; f. spermata.
 — 7. *Tr. stigonella* (ACU.): a. apothecia; b. spora immatura; c. sp. maturæ; d. sp. nucleum eiciens.
 — 8. *Tr. saxatilis* FR.: a. apothecium; b. sporæ.
 — 9. *Tr. viridula* FR.: a. apothecia; b. sporæ.

P. S.

Levibus his observationibus jam typis expressis, per litteras me certiore fecit præclarissimus Prof. A. MASSALONGO *Trachyliam lucidam* supra descriptam eandem esse ac *Acolium viridulum* DNTRS Frammenti Lichenogr. pag. 11. Eam autem toto coelo a rarissima *Trachylia viridula* FR., specie fere microscopica, in ligno alneo vetusto obvia, esse diversam primo obtutu perspicitur. An vero *Calicium viridulum* SCHÆR. ad hanc vel illam pertineat non audeo dijudicare, quum specimen hujus

lichenis in Lich. ejus exsicc. N:o 295 in exemplari hujus collectionis, quod unicum vidi, desideretur, sed secundum descriptionem ad *Tr. lucidam* potius pertinere videtur, quamquam margine *aureo* differat. Interea necesse est speciem Suecanam nomen *viridulæ* servare aliudque (*lucidæ*) plantæ Notarisanæ et præsentis imponi.

Determinat præterea idem Celeberrimus Lichenologus *Biatoram*, quam sub nomine *polychroæ* supra descripsi, esse *Lichenem corneum* E. B. (*Baudia* MASSAL.), quod equidem non assentior. Præterquam enim quod ab omnibus fere hoc nomen maxime vagum ad *Biat. carneolam* ut synonymon ducitur, affirmat etiam Cel. LEIGHTON (Angioc. Lich.) has plantas esse diversas. Sporidia enim *Lich. cornei* E. B. in tab. XIV, fig. 4 depicta omnino habent formam *B. carneolæ* utrinque attenuatam, quamquam apothecium non nihil *B. polychroam* refert. Nomen *Lich. cornei* præterea ad varias ducitur species, ut ad *Biat. mixtam* nec non *Gyalectam cupularem* (Cfr. Fr. Lich. Eur. p. XIV).

